

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapientia uel scientia y
cum fonte primo

Sol non omnibus quibus lucet etiam calefacit; sic sapientia multos quos docet quid sit faciendum, non continuo etiam accendit ad faciendum. Aliud est multas diuicias scire, aliud et possidere, nec noticia diuitem facit sed possessio.

Bernardus super Cantica sermone XXIII.

Sol non omnes, quibus lucet, etiam calefacit: sic Sapientia multos, quos docet quid sit faciendum, non continuo etiam accendit ad faciendum. Aliud est multas diuicias scire, aliud et possidere: nec noticia diuitem facit, sed possessio.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 23, 14 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.147, ll.24-27).